

(2) Ignominiosè tractare alios commune elatis mundi affectis vitium. de quo quinti & octavi præcept. vitiò Moralista.

(3) Neminis proin fama gloriæve invidendum, nemini obstrependum, detrabendum &c. 1. Sam. XXII, 9. 10.

(4) Vanitatum amor valdè perniciosus, quando delicias carnis aliasque voluptates sectamur impotenter; de quò studio Salomonis Ecclesiastes copiosè. Nullibi apponatur cor: Psalm. LXII, 11.

(5) Mendacia vitium octavi præcepti abominabile.

USUS E VERSU IV.

(1) Intellectus adhibendus iis, quæ palàm quidem obvia, nunquam tamen debite à nobis attenduntur, v. g. de gubernatione Dei tam circa nos, quàm alios, tam quoad vitiorum pœnam, quàm pietatis compensationem gratiosam &c. non sine causâ enim exstat hîc. Scitote.

(2) Providentia Dei tum generalis, circa totum mundum, tum specialis circa ecclesiam, tum specialissima circa quodvis individuum pium, est planè admiranda. Jef. LV, 8.

(3) Exauditio decenter precantium est certa.

USUS E VERSU V.

(1) Motus affectuum sunt inevitabiles, ratione sc. prima incurvationis, aliud tamen est consensio: Jac. I, 14. Roman. VI, 12.

(2) Peccato actuali resistere omninò possumus ac debemus per Dei gratiam.

(3) Privata meditatio vel cum corde proprio colloquium multum omninò promovet pietatis officium, si scilicet examinemus candidè mores nostros proprios. inclinationes etiam cordis nostri peculiare, data scandala, attractum maledictum, tempus gratiæ adhuc concessum, mortem aternitatemq; brevi imminentem, &c.

(4) Silendum contra impatientiam, ne obmurmuramus Deo mirè suos ducenti, ne lingua utamur locò gladii &c. Luc. XXI, 19.

(5) Cubilia nostra non offendant Deum spurcitie, machinationibus malignis, &c. verum fumò precum svaveolente reddantur Deo amabilia.

USUS E VERSU VI.

(1) Cultus sacrificiorum externus V. T. moveat jam

PSALMI V. DISPOSITIO.

Justus Judex. Jehova odit malum.

Partes hujus Psalmi, post titulum vers. I. C comprehensum, quem Rabboth de Doëg & Achitophel intelligunt, sunt

I. Exauditionis imploratio, vers. 2. 3. 4. ubi sunt (1) audiens; Deus, (2) audiendâ, preces: (3) auditionis modus, attende &c. (4) tempus; mane &c.

II. Exauditionis ratio, à Dei justitiâ, hostibus Davidis nunquam propitiâ vers. 5. 6. 7.

PSALMUS V.

EXPLICATIO VERSUS I.

(למנצח) vide Psalm. IV, 1.

אֱלֹהֵינוּ אֱלֹהֵינוּ ad instrumenta musica: h. e. præfecto instrumentorum musicorum. nam talis interpositio præpositionis אֱלֹהֵינוּ inter duo nomina constructa occurrit etiam Jef. XIV, 19. Ezech. XXI, 17. ut proinde absolum non sit, in

A nos de cultu imprimis cordium internò, etiam tunc temporis severè postulatò: Jef. I, 11. seqq. XXIX, 1. LXI, 8. LXVI, 3. Prov. XV, 8. XXI, 27. Sacrificandæ igitur nobis hodièque sunt laudes, confessio, eleemosyna, &c. Jef. XIX, 21. LVI, 7. LX, 7. Zach. XIV, 21. Mal. I, 11. III, 3. 1. Pet. II, 5. Psalm. L, 14. LI, 19. II. CXVI, 17. CXXI, 2. Apoc. V, 8. Rom. XII, 1. Ebr. XIII, 15. Phil. IV, 18. 2. Cor. IX, 12. 2. Tim. IV, 6. Phil. II, 17. &c.

(2) Cordis in Deum fiducia fide in Mediatorem unicum probè fundata, cultus est Dei optimus.

USUS E VERSU VII.

(1) Post turbas diu toleratas communiter ingemiscere solemus ob Liberatorem novum, pacis bonum re-
staurantem. L. de precatone.

(2) A Bonò (Matth. XIX, 17.) ad bonum conditi (Sap. II, 32.) meritò de Bonò verò semper sumus solliciti.

(3) Multos circa Doctorem personam offendi mirum non est, cum humana ratio offendatur externâ vilitate, infortuniis &c.

(4) Dei solius est, vultu suo benignò nos verè demum exhilarare: ejus proin gratiam indefinenter imploremus.

USUS E VERSU VIII.

B (1) Verum gaudium à Deo solò immittitur piorum cordibus. gaudia mundi sunt vana, stulta, fugacia, perniciofa, ad exemplum lurconis bilarisimi quotidie: Luc. XVI, 19.

(2) Larga messis & vindemia immensa omninò Dei beneficia: verum internum Spiritus gaudium nullatenus exaquantia. v. Prov. XIV, 10.

USUS E VERSU IX.

(1) Somnus tranquillus gratâ mente Deo acceptus ferendus.

(2) Pax, ab hostium turbatione secunda iidem transcribenda Deo soli: hunc invocamus etiam solum pro pace provincie, domus, conscientie.

(3) Fiduciæ largitor Dominus: Gal. V, 22. Jef. XXVIII, 16. Jer. XXIII, 6. De pace Christi Joh. XIV, 27. Jef. IX, 7. XI, 6. Prov. XXVIII, 1.

(4) Securitas vera reposita nobis in cælis, ubi habitabimus demum in domibus pacis Jef. XXXII, 17. 18.

III. Gubernationis contra hostes precatio, ubi (a) orantis fiducia ac pietas, vers. 8. (b) oratio ipsa, vers. 9. (c) confirmatio ab hostium impietate, vers. 10.

IV. Imprecatio, quæ (a) proponitur vers. 11. (b) confirmatur, tum à consequente piorum exultatione, vers. 12. tum à DEI erga ipsos propensione. vers. 13.

formâ regiminis accipere hæc ipsa. Est verò אֱלֹהֵינוּ procul dubio instrumentum musicum, veluti אֱלֹהֵינוּ in simili inscriptione fuit adhibitum Psalm. IV, 1. Et quidem pneumaticum illud fuisse, censet Junius, derivans à rad. אֱלֹהֵינוּ perforavit, unde etiam אֱלֹהֵינוּ tibia, pluribus notata foraminibus. hinc itidem אֱלֹהֵינוּ ex Ebrais definit ea instrumentorum genera, quæ tabu-